



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De raptore si cum rapta ad Ecclesiam confugerit. cxcii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De illis, qui pro aliquo reatu fugiunt ad Ecclesiam.*

Cap. CXC.

**I**N synodo Aurelianensi prima sub Clodoueo rege, in qua sederunt episcopi vigintiquatuor, de his qui ad Ecclesiam pro reatibus suis fugiunt, id constitutum est obseruandum, quod antiqui canones decreuerunt, & lex Romana constituit, ut ab Ecclesia, vel ab Ecclesiae atriis, vel à domo episcopi, vel à claustro, quia hæc pro emunitate habentur, eos abstrahi omnino non liceat, sed nec alteri consignari, nisi ad Euangelia datis sacramentis, de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi, ita, ut ei cui reus fuerit criminofus, de satisfactione conueniat. Quod si sacramenta sua conuictus fuerit violasse, reus periurii nõ solum à communione Ecclesiae, vel omnium clericorũ, verumetiam, & à catholicorum conuiuio separetur. Quod si cui reus est, noluerit sibi intentione faciente componi, & ipse reus de Ecclesia actus timore discesserit, ab Ecclesiae clericis non requiratur.

Ex cõcil.  
Aurelia.  
cap. 10.*De raptore, si cum rapta ad Ecclesiam confugerit. Cap. CXCI.*

**D**E raptoribus autem fœminarum id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & fœminam ipsam violentiam pertulisse conuictus, statim liberetur de potestate raptoris, & parentibus reddatur, & raptor mortis, vel pœnarum impunitate concessa, liberam habeat eundi facultatem. Si verò parentes mulieris ecclesiasticis viris obedire noluerint, excommunicentur.

Ex eodẽ,  
cap. 2.*De seruo, si pro qualibet culpa dominum suum ad Ecclesiam fugerit. Cap. CXCII.*

**S**ERuus qui ad Ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si à domino pro commissa culpa ecclesiastici sacramentum susceperint, statim ad seruitium domini sui redire cogatur. Et postquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa qua accusatur probatus fuerit pertulisse, pro contemptu ecclesiae, & præuicatione fidei à communione & conuiuio catholicorum, sicut superius comprehensum est, extraneus ha-

Ex eodẽ,  
cap. 3.